

MAGNIFICO ET NOBILISSIMO VIRO DO-
MINO LEONARDO AB ECK IN WOLFS ET RANDECK ILLV.

Illustrissimi & potentissimi Principis utriusq; Bauariae Ducis & c. Consilario supremo, Domino & Patrono
suo summo. Ioan. Lorichius Hadamarius. S. P. D.



Qvod hoc tempore, Magnifice Domine, Qualicumq; orationis officio & scribendi ad te munere de-
fungor, causas & multas & graues enumerare possem, Quae si tibi ita probarentur, ut ignota esse
non possunt, gauderem plurimum. Tanta enim sunt tua in me collata beneficia, tamq; fido patrocini-
o me Clientem tuum sustentasti haecenus, ut ne minimam quidem partem eorum assequi, ne dum respon-
dere, ut cupio, tibiq; satisfacere ualeam. Deinde publica tua in Academiam nostram merita talia ex-
tant, ut praestantissima tua facta & diuina Consilia ab omnibus praedicari & posteritati etiam de-
beant consecrari. Nemo certe est qui illustrissimi & Clemensissimi nostri Principis Ducis Vuilhelmi Comitis Palatini
Reni & c. diuinam liberalitatem, incredibilem pietatem, uirtutum omnium & studiorum amorem quasi caelestem satis ex-
tollere possit, quod tanta munificentia, & sapientia scholam suam Ingolstadiensem tueatur, Cuius laudes quotidie in Gym-
nasio nostro a doctissimis uiris decantantur. Cumq; ille Heros te, ut Agamennon Rex regum Nestorem a Consilijs habuit,
sibi συμφοράδμονα καὶ βουλήφορον ἀνδρα coniunxerit, non possumus non omnes singulares tuas uirtutes admirari,
te extollere, & tibi summas gratias agere, Quod tantum studij atq; curae ponas in Schola nostra exornanda. De cuius sta-
tu ad te scribo, ut & tu ueluti egregius artifex & pulcherrimi operis effector letari possis, & alij etiam cognoscant, quale
habeamus Remp. literariam, quae sane consilio, prudentia, & auctoritate tua instituta sic floret nunc, ut in Germania uero
stra (absit inuidia dictis) nullam parem habere uideatur, ita in omni facultate uiri excellentissimi hic docent. Nuper uero
quantam letitiam ceperimus omnes, uix dici potest, ex aduentu trium Theologorum, D. Doct. Claudij Iaij. Alphon-
si Sameron. & Petri Canisij. Quorum praesentia non solum famam de ipsis excitatam non minuit, sed auget, Quorum sin-
gularis in sacrosanctis studijs scientia, tum in omnibus disciplinis exercitatio, postremo sanctimonia uita expectationem
omnium non aequat solum sed superat. Succedunt his Iustitiae Sacerdotes & Antistites grauisissimi, legum & Canonum in-
terpretes, praecipuos mei perpetuo obseruandi, nec desunt medici, quibus omnibus in suarum artium professione & exercita-
tione nihil est praestantius. Nec minori laude Spartam suam exornant bonarum literarum & Philosophiae professores,
Collegae mei, quos omnes me superiores agnosco & honorifica illorum commemoratione delector. Adest & auditorum
numerus frequens, magna discipulorum multitudo, iuuentus ex omnibus regionibus lectissima, nobilitate, uirtute & praestan-
tia ingeniorum ornatissima. Cumq; in tanto studiorum seruore plurima sint exercitia Tironum, Certamen uero illud dispu-
tandi in iure utilissimum iam longo tempore contuerit, Ego inter legum candidatos minimus, ut & diligentiae meae specimē
exhiberem & alios ad hoc manus incitarem, hanc disputationem institui. Cumq; hoc laboris suscepisse me indicarem Cla-
rissimo Doct. Ioanni Baptista Vuebero, ipse currenti mihi calcear addidit, auctor & hortator fuit, suamq; operam non dif-
ficulter promisit, ita in auditorum gratiam, iuuentutis utilitatem, & honorem nostrae scholae nullos labores detrectat, sed
omnia summa industria agit, ut illis prosit quos erudiendos unā cum alijs suscepit, idq; eo facit alacrius quod adhuc flo-
renti aetate est, in qua ille tantum est affectus ingenij sollicitate & diligentia, ut cum senibus sit conferendus. Eo igitur
praeside hoc exercitium subij. Scio autem in schola nostra plurimos esse non solum Tirones iuris sed et ueteranos, qui ut
Lytæ & Proltæ iam dudum potuissent summis ornamentis decorari, quiq; hoc ipsum maiore laude praestitissent, quod ego
conatus sum, inter quos amici & familiares mei Thomas Vuidman Straubingensis, Mathias Ziduuitz Pomeranus, Ioan-
nes Milsteter Tyrolensis utriq; nobiles, Ioan. Balta. Scheybel Ingolstadiensis, quos honoris causa nomino pluresq; res-
censere possim, nisi Epistola modū excederet, Haec uero ad T. D. Scribere libuit, quo me tibi commendarem ut studijs meis
fauere pergas, tum ut Academiam nostram, ita ut semper fecisti, ornatam conferues. Idem enim omnium est animus, om-
nes te summa pietate diligunt & colunt, quemadmodum pro salute et incoluntate Illustrissimorum Principum Bauariae
uota faciunt, ita & Deum O P T. M A X. precantur ut te quam diutissime saluum conferuet. Vale Ingolstadij. Anno
Salut. nostrae. M. D. XLIX. VII. Id. Decemb.



DIVINO AVXILIO AN-
NVENTIBVS MAGNIFICIS ET CLA-
rissimis Decano caeterisq; I. V. Doctoribus Vener. Collegij Iure consu-
torū, sub patrociniō Clarissimi D. Ioan. Baptista Vueberi. Ioan.
Lorichius Hadamarius conclusiones infra scriptas pro
uiribus sustinere conabitur.

Ex difficili & subtili & nihil commune .i. Naturaliter ff.
de acqui. possess. Conclusio.

- I.
Sententia lata in petitorio, licet in ea reus fuerit declaratus Dominus non obstat agenti demum Interdicto recuperandae
possessionis.
- II.
Siue per uim ablatiuam fuerit factum spoliū
- III.
Siue per uim quis compulsus possessionem deseruerit.
- IIII.
Vel si clam ille, contra quem possessorium recuperandae intentatur, possessionem ingressus fuerit.
- V.
Etenim responsum Alex. III. positum in c. Significasti. extra de Diuort. quod his ob stare uidebatur, ultra alios cum
prudenti suo responso quod in c. Porro eod. tit. habetur Concordabimus.
- VI.
Si itaq; spoliatus omisso possessorio egerit petitorio nihilominus postea petet restitui possessionem à Domino declarato.
- VII.
Et ad c. i. de Restit. Spoliat: Quod ex Diametro ob stare omnibus apparet concludens assignabitur resolutio.
- VIII.
Indubitatum uero illud si lite pendente quis uim possidendi intulerit ab eo etiam Domino declarato tanquam à magis scele-
rato posse repeti possessionem.
- IX.
Nec se cuiuslibet Iudicis sententia defendere potest, qui eius pretextu (ut quia Dominus declaratus) alienas possessiones
perperam occupauerit.
- X.
In his tamen omnibus contraria etiam opinio communis, tanquam legibus & rationibus firmata defendetur.

EX c. EX LITERIS. EXT. DE
Constit: quotidiana & iucunda Quaestio.

Vtrum Iudex procedens in causa criminali, in qua ex iuris dispositione irrogatur poena arbitraria, possit suū arbitrium ex-
tendere usq; ad mortem naturalem inclusiue.
Huius quaestiois altera pars in puncto iuris uerior, altera benignior est, Nos tamen quamcumq; quis partem impugnaue-
rit, contrarium defendemus.

Disputabitur die & hora alias publicandis

A. 1749.

MAGNIFICO ET NOBILISSIMO VIRO DO.

MINO LEONARDO ARBEK IN

Magist. & Professori Praeceptorum Juris in Universitate Lipsiensi
Magist. & P. D.

DIVINO AVXILIO AN

INVENTIVS M. GENTIGIS ET CL.

Magist. Doctoris et Prof. I. N. Doctoris in Cur. Collegii Jur. Lipsiae

Magist. sub patrono Christiano D. Jo. Baptistae V. ueter. Jo. Jo.

Doctoris Mathematicae conclusionis iur. Lipsiae pro

magist. Lipsiae condidit.

Ex dilecti & sapientissimi patris committentis I. Naturae R.
de acqui. possess. Condicio.

I. In rebus quibus non est possessio

II.

III.

IV.

V.

VI. In rebus quibus non est possessio

VII.

VIII.

IX. In rebus quibus non est possessio

X.

XI. In rebus quibus non est possessio

XII.

EX CETERIS EXT. DE

Magist. Lipsiae & Lipsiae

Magist. Lipsiae & Lipsiae

Magist. Lipsiae & Lipsiae

Theses Juridicae.
[Faint, mostly illegible text of the theses follows]

